



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

6. De vsufructu, vsu & habitu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

tum; dīci nequit, cum præscriptione dominium  
qui possit. Is enim, qui nescit, non possidet aurum, si ap-  
plicatione autem nulla est usucapio.

NB. Thesaurus etiam in loco publico & sacro in-  
uentus, est totus inuentoris.

24 Res inuentas, quarum dominus ignoratur, post  
diligentem inquisitionem, inuentor retinere, ac de-  
mum absumere potest secundum probabilem sen-  
tentiam, quia nec iure Ecclesiastico id constat, cu-  
solum id agat, de iniuste & quisitis, quorum domini  
non possunt restituiri, pauperibus restituenda, ne in  
naturali; quia ius naturale est, quod apud omnes gi-  
tes obligat, non autem omnibus gentibus inest ha-  
persuasio, res inuentas pauperibus esse dandas, ne  
omnes Catholici (taceo hæretici) cu rem quampli  
amiserunt, talem cogitationem suscipiant, vt abi-  
uetore pauperibus tribuatur, sed ut sibi potius, sic  
repetere contingat, restituantur, alias habeantur  
derelictis.

Post alienationē rei inuentae, inuentor nihil restitu-  
ere tenetur domino cōparenti, nisi quatenus inuen-  
tor locupletior inde factus, idem dic de pauperibus.

25 Bona vacantia (quorum dominus sine testame-  
to decessit, nullo relicto hærede) ad fiscum devolu-  
tur, & quandoque in causas pias erogari debet  
videlicet peregrinus ignotus absque testamento  
cedat.

## C A P. VI.

### *De Vsufructu, usu & habitatione.*

V Susfructus est ius utendi & fruendi re aliena,  
salua eius substantia; distinguitur à iure, quod  
creditor

ereditör habet in pignore; depositarius in deposito, quod  
ut concessum non est.

Inter Vsumfructum & usum discrimen est, quod 2  
Usufructuarius fructus omnes percipere potest, ex  
re fructifera, etiam pensiones, ac creditus ex ædificiis,  
areis, lapicidis, modo agriculturæ non obfit. Usua-  
rius autem talem fructum non habet. Idem usufru-  
ctuarius potest alteri rem frugiferam locare, non au-  
tem usuarius.

Ususfructus propriè non constituitur in rebus usu-  
absumptibibus, pecunia, frumento, vino, &c. Sed  
quasi ususfructus, ut si uxori maritus leget usumfruc-  
tum omnium rerum absumptibilium, uxor debet  
cautionem præstare, ut post mortem uxorii heredi-  
bus mariti carum æstimatio reddenda sit.

Usufructuarius sine consensu domini rem, in qua  
usumfructum habet, absolute alteri donare, vende-  
re non potest: Solam autem utilitatem rei alteri ce-  
dere non prohibetur, saltem ad vitam ipsius usufru-  
ctuarii.

N.B. Impensa, quæ ratione fructuum percipiendorum fieri debent, collectæ, tributa, & similes rea-  
les præstationes, quæ pro re fructuaria debentur, u-  
sufructuario incumbunt: nam secundum naturam est,  
ut qui sentit commodum, sentiat & onus.

Usufructus finitur; primo; si usufructuarius u-  
sumfructum proprietario cedat, & vice versa. 2. si res  
tota pereat, V.C. domus incendio, tunc enim non  
retinetur usufructus in area; 3. Si tempus finitum,  
ad quod usufructus alteri concessus. 4. morte u-  
sufructuarii ciuili vel naturali, Communitati reli-  
ctus Usufructus, extinguitur spacio centum an-  
norum.

Si Usu-

6 Si Vſuſructuarius Religionem profiteatur, immo-  
bilium bonorum capacem, vſuſructus ad Monach-  
rium deuolutur, quia vſuſructus sequitur personam.  
Si autem profiteatur Religionem incapacem stabili-  
lum reddituum, vſuſructus cum proprietate conſi-  
lidatur, & transit ad hæredes ab intestato.

7 NB. Vſus est ius utendi tantum (non fruendi) re-  
liena, ſalua ſubſtantia. Cui enim vſus horti tantum  
concessus, is non potest omnes fructus decerpere  
abſumere, aut alienare, ſed ſolum deambulare in  
lo, poma, olera, &c. ad ſuum vſum & familiæ accipere.  
Item, qui nudum vſum habet itimentorū, non  
potest perciptere ſeſtus, aut lanam, (vtpote fructu  
neclac niſi modicum ad viētum quotidianum, po-  
tent autem bobus vti ad ſtercorandum.

Vſus proprie dictus, habet locum in rebus non  
ſu abſumptibilibus.

NB. Ius vſus dependentis à domini arbitratu-  
iam in rebus vſu abſumptibilibus locum habet. In  
Ordo Minorum S. Francisci nullum acquirit domi-  
nium ex eleemosynis, ſed ſolum imperfectum, & de-  
pendens à voluntate dantium vſque ad conſump-  
tionem: bona verò donata, ſupellex, libri, horti, do-  
mus ad ſedem Apostolicām pertinent.

Alii religioſi omnes habent ſolum vſum li-  
ram, vſtiūm, &c. cumque dependentem à volun-  
te prælatorū.

8 Ius habitandi plus eſt, quam meruſ vſus ædium.  
Nam habitator habet ius ædes alteri locandi pro  
precio, vſuarius ædium verò non habet aliud ius, ni-  
ſi ut ipſe cum familia ſua inhabitare poſſit.

• 6 (?) 90

CAP.